

III.

REGNUM MORTUORUM.

Nro. 26.

Ellystum-Meum, Die Veneris, 20. Apr. 1810. (Nouv. 3. Apr. 1810.)

De publicis et communibus Hilariis.

Aliquot Cogitationes.

Este hilares — mundus noster est.

Vir quidam Clarissimus in Insula Stollia Anno Salutis 1774. magno terrore correptus est — quemobrem? accidit: ut eo anno Archi-Episopus Palermitanus & Gubernator hujus Insulae Neapolim iter facerent. O Coeli! vociferavit ille, quid Sicilam fiet, si ecclesiasticum juxta & Civile caput: eodem tempore Insula decesserint? — Regio utroque regimiale veſte orbata, populus moderatione caret, orientur revolutiones, quavis perturbationes obtinebunt, quid nos, quid me fiet? perii! disperii!

Inter hos gemitus, planctus, & suspiria intra penetrale domus se abdit, valvae fenestrarum oppellulantur, aedes quaquaversus sollicito ocluduntur, ipse triduo oclusus manet — planus metus impendentis mali, anxietatiſque; verum nullus strepitus, clamor nullus, nullus oritur tumultus.

Quarto die assultat palpitante corde ad januam conclavis nihil audiri — accidit tremule gressu valvas fenestrarum, sumitque audaciam per earum rimas expectandi, —

nihil observari auscultat iterum, iterumque
& — nihil prorsus advertitur.

Dormit adhuc inquietus, per noctem videntur sibi clandestinas conjurationes fieri — quibus dies ubi diluxisset: caute valvas fenestrarum, unam earum leniter aperit, caute provideque exspicit — nihil audiri, nihil videri. —

Sexta die audentior factus — unam valvulam aperit — audit nihil aperit omnes, urbem perlustrat, & — nihil fuit videre, nihil audire.

Gaudio sibi pene creptus conscendit superiorem adlram contignationem, oculos in omnem orbis regionem versat, videt universalem quietem, solitamque contentionem opera faciendi, negotiaque tractandi. Admirationis plenus caput agitans ait: Nunc video, metum meum insanem & vanum fuisse, nunc perspicio, quid? — Mundam a se ipso currere; Ohe! mundus noster est!" —

In hac ille voluptate amicos ad se invitat, lauto exspicit convivio, sedes suas collustrat, & lætitia temulentus canit celebrem Siculeum cantum: Jo! Mundus ex se currit, mundus noster est. —

Ille ætate, qua hæc acta gesta que, tempora pacifica erant, eotum propugnare licuit: Mundum ex se ipso currere; canique: Noster est mundus! — hæc tempora postliminio revertuntur. — Omne revolutionale incendium ad novissimam usque scintillam in cineribus extinctum est. Hesternis IV No-

nis Aprilis tranquillitas in seram posteritatem definita & consummata est. — Festivi ignes in omnibus regionibus celebrant hanc diem. — Jo! mundus noster est!

Cogitatio — olim lætitiã suã accensis ignibus & luminibus declarandi, videtur originem inde derivasse: quod occasione solennium magnorum, eventuumque illustrium diebus ad exhilarandos animos nimis quam breviter, aut prout in Italia & Hispania paulo incommodior & calidior videretur. — candelas igitur, & lumina in subsidium accipiebantur. — Publici Jubbil occasione necessum erat, casibus sinistris, qui turba populari confluyente oriri poterant collustrando vias per quas turba incoherat, compta & vicis, quos tripudiantes tali occasione ad licentiam proniores, perambularent, plateas, in quibus versabantur, collustratione laminibusque opportuno loco collouate occurrere, anæmus qui ex hac spectaculo promanavit effectus occasionem præbuit hominibus rem expolendi, atque per imagines splendidas, corruscationes, & vitrorum transperitiones spectaculum augustius reddendi.

Collustrationes ædium in hoc sensu prisce jam Græcorum & Romanorum ævo obtinuisse ex pluribus Classicis auctoribus demonstrari potest; et sane cum gustu adornata Collustratio excellentem, quamquam oculos lædeat, aspectum largitur qui lætitiã elevat, atque intra tam exiguum tempus nequit oculis adeo notabile accerere detrimentum.



Aevo medio quod tenebrosum audit Illustres & potentes magnificentiam suam decoratione solennium sola sinistra adhibita profusione, exaggerata pompa, & lasciva luxuria prodiderunt. — Festa tumultuosa eorum plerumque fons jurgiorum & litium erant, atque eorum exitus crude lacerationes & atrocis cordes inter spectatores, heroicis publici jura fecit Carnium acervi, salientis vine, histrionum timpanorum Cornuumque sonus, plebem exhilaravere, quae ad vertiginem Capitis usque potui induisit ad memoriam retentam constabiliendam.

At hodierna aetate Architectus & artifex collustrationibus decus addere norunt, quo solennium ratio dignitatem consequitur — quaevis illuminatio est quasi ardens magni cujusdam eventus Epopea, qui celebratur, & totius nationis interest.

Hujus generis erat illuminatio die s. h. m. Francofurti. — Aedes Sereniss. Regiae, Theatrum praesides Galliae Ministri C. ab Heudouville & Excellent. Ministrorum Borussiae & Saxoniae & loci Praefecti B. a Zweyer quid ultra? universa urbe singulari gustu & pompa collustrata fuit.

Conjugale vinculum magni Imperatoris, defensoris Foederis Rhemani — eorum per dilecto terrae principe laetis solennium argumentis futurae populorum per id felicitatem adeptorum memoriae mandari debuit. — *beato et beanti vinculo Galliae et Austriae* — haec erat ardens epigrapha Vimarionensium negotiorum

gestoris, hæc erat quæ sensum gaudii clarissime interpretabatur.

Si hæc isthic acta, quid primum fiet Lullis Parisiorum? de quibus illud diel potest Mantuani vatis:

*— Haec tantum alias inter caput extulit urbes,
Quantum lenta solent, inter viburnæ cypressi.*

Jam habentur munera Parisiis de 29. Mart. adparatus ad Solemnia nuptialia describentia — Imperatrix ajunt hesterno Compendi intra 8 & 9 horam vespertinam adpulit. Die 26. Imperator venetui indulit. Domina Comes Metternich & Princeps Schwarzenberg Compendium advenit. Hic litteras Imperatrici Imperatori attulit. Omnia tam in Urbe, quam in Palatio fervebant, domus turris & aedes publicæ cellustratæ erant. Omnia gaudium & voluptatem spirabant. Imperator stipatus principibus de sanguine dominibus principibus & excelsis Coronæ Officialibus Imperatrici ad plurtum horarum distantiam obviam ibit. — Ingressus erit eum facibus. Sedecim ex illustribus familiis Urbis feminis candida veste induta Imperatrici fascos florum porrigent.

Religiosa Cerimonia futuro Dominico Calendis Ipsi Aprilis peragetur. — Excelsas ad solennem actum advocatas personas matutina 10 hora in S. Clodoaldo præstantes oportet — discessus ex S. Clodoaldo ad heram 11 defixus est.

Heri 28. primus Congressus Imperatoris cum Augusta Conjuga Maria Ludovica in

distantia horæ Sveffione locum habuit. Ad
 hunc finem trina magnifica tentoria erecta.
 Primum pro Imperatore & ejus familia. Se-
 cundum pro Imperatrice, medium congres-
 sui destinatum. Imperator & Imperatrix eo-
 dem tempore in ultimum comparuere, in quod-
 dam Scizæ brachiales collocatæ; Imperatrix
 momento flexo polite orationi vacabat, Im-
 perator prope adcurrit eam humo levatu-
 rus quod exequens ad sellam brachialem eam
 adduxit, eamque leniter huic admovit, tum
 manu ei porrexit, & ad primum tentorium
 deduxit congregatæ in loco Cæsareæ familie
 præsentaturus. In egressu ex tentorio eodem
 tempore tam Imperator quam Imperatrix ex
 altera parte Cæsareum carpentum conscen-
 dere, Cæsarea familia & universus aulicus
 comitatus Suas Maj. Compendium prosequen-
 bantur. —

Fertur Senatam heri eosdem ad Depu-
 tationem Imperatrici ad diem solennis ingres-
 sus in metropolem expediendam, denomi-
 nandam.

Solennia nuptialia fortassis & festa pa-
 cis maritimæ secum ferent. Amstelodami die
 24. Martii pacis rumores Lodino de 16. ejus-
 dem mensis singularum sensationem excita-
 runt, quos tardiores litteræ exinde tantum
 abest ut in dubium vocent, ut potius con-
 firmant.

Interim Commerciales Ephemerides Ham-
 burgenses seqv. texunt excerptam ex Angli-
 cana quædam Ephemeride Curaor adpellata
 de 17. Martii.

Nuncium heri a nobis comrade reddi-
tum admodum probabile est; Navis quaedam
Parlamentaris Caeto adpulit, die Jovis a
meridie tormentaria navis obylam eam ha-
buit, quæ litteras & Officialem mandatarium
recepit eumque vespere 8 hora Doveram ad-
duxit. Officialis hic, quamquam falsæ D.
Duroc Mareschallus Palatii & D. Foro Juli-
ensis habetur, — litteræ superiore nocte ab-
latæ, hodie mane ferebantur binis constare
litteris, primi ordinis ab ipso Napoleone scri-
ptæ ipsi Regi Georgio; alterius ab illius Mi-
nistro Champagni D. de Cadere ad Ministrum
Negot. ext. In illis dicere Napoleoni. „Pa-
cem Continentis certam redditam, & eam fir-
mius solidiusque firmatam tri per conjugale
vinculum se inter & M. Ludovicam Austria-
cam, nulla proin motive amplius restare
bellum duas inter nationes continuandi, spe-
rare Dnum. suum Fratrem secum vires jun-
cturum ad pacem orbi dandam, hæcque ra-
tione promerituros ut præsens & futura ge-
nerationes eis benedicant.”

„In diversis Status Collegiorum concla-
vibus hodierno mane definite negabatur,
ullas pacis declarationes Regi mini nostro fa-
ctas esse; litteras non esse ministro negot.
externorum inscriptas sed ad Officium Trans-
portus & earum argumentum solum esse per-
mutationem captivorum.

Cursor hic eam adjicit animadversionem
ob adjuncta rerum in Hispania & Portugallia
pacis propositiones nec spem daturas fore



praesenti temporis articulo prosperam tractationis.

Tergesto 18. Martii. Omnium in Illyrico degentium legionum 3 & 4 ordinis agmina in Galliam proficiscuntur, ubi ulteriora mandata percipitura.

Decreto de 9. h. regimen commoditati laeolarum celeri ratione chartaceam pecuniam in sonantem monetam convertendo & ad antevertendum omnem usurariam nequitiam paterne providit per id, quod Tergesti & Labaci 3, Flumine 2, & singulis pro locis Villacho, Carlostadio, Goritia, Zeng, Adlersberga, & Neustadel unum argentarium denominaverit, qui Bancoales erga compensationem 3 pro Cento permutet.

In distantia trium abhinc stationum postalium, die 18. h. m. Curram postalem, & aliam cum itinerantibus praedonum turba adorta est, & expilavit. — Conductor Baroet ea occasione laethaliter sauciatus damnum non ultra ad 5000 Flor. Dan. aestimatus quod praedonibus tempus defuit curram per vestigandi.

Berolino 24. Martii. Ser. Princeps haereditarius Megalop. Strelitz. Carolus Strelitzio isthuc adpulit.

Die 19. hujus Cæs. Reg. Gallicus Credentialibus provisus extra ordinem legatus et plenarum rerum gerend. potestate instructus Minister D. Bare a Broekhausen quem in statione surrogatus Gen. Major D. a Kruseamark excepit, isthuc adpulit.